



**CL. V. Ioannis Wamesii, I. C. Celeberrimi, In Academia
Lovaniensi Antecessoris Primarii, Responsorum Sive
Consiliorum De Ivre Pontificio Tomus ...**

Wamesius, Johannes

[S.l.], 1643

De Testamentis. Consilium CCCLXXXV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98716)

cum illius cognomen, vel agnomen non exprimat; & nomen Walteri pluribus commune sit. Non probato etiam, quod ipse sit dicta Elizabetha nepos (quod Domina Rea negavit) aut quod de se testatrix sic legando senserit; quod in dubio legato semper faciendum est, *l. si quis de plurib. unum p. reb. dub. l. Duo sunt Titij De testam. tit.* Nihil enim interest, legatum sine persona relictum sit; quo casu indubitatum est legatum non valere, nec peti posse, *l. Paulus respondit De reb. dub.* an expressa persona, sed obsecrare & incerto. Cum ergo Actor suam intentionem non probaverit, praeterit quoad veritatem scripturae, quam pro testamento seu ultimâ voluntate dictae Elizabethae per duo distincta, ac dissimilia exempla, seu scripturas exhibuit; exilimamus partes Reverendi Domini Conservatoris esse, ut Dominam Ream ab impetitione Actoris absolvat; Actorem in expensis litis condemnando.

De Testamentis.

S V M M A R I U M.

Testamentum coram Presbytero neque Notario, neque Pastore.

1. Exceptio rei iudicata tam ante quam post litis contestationem proponi potest.
2. Sententia sub conditione inirritata ferri potest.
3. Clausula, salvo jure impetitionum, potest.
4. Mulier ratione sexus meliore loco non est, quam vir.
5. Contumacia ex longo temporis intervallo non purgatur.
6. Testamentum quando & quomodo valeat.
7. Notarius quomodo probetur.
8. Testamento posteriore revocatur prius.
9. Mulier in testamento pefisari quando testis esse non possit.
10. Testamento unius testis minime standum.
11. Scriptura plurium manibus scripta non probat.
12. Scriptura quomodo probetur.
13. Notarii officium Monachus exercere non potest.
14. Testamentum coram Parocho proprio conditum quomodo & quando valeat.
15. Parochus proprius quis sit.
16. Notarius ad testamentum rogatus esse debet.

CONSILIVM CCCLXXXV.

INTENTIONI Domicellae Annae Wolfs Actricis in testamentaria causa coram Venerabili Domino Officiali Mechliniensi, inter dictam Annam, & Domicellam Elizabetham van Meenslele, & Catharinam Vaes actâ & peractâ, resiliit in primis exceptio rei iudicatae, quae ex sua natura & conditione non tantum peremptoria est, *l. pro portione in fine C. De except. l. Iulianus, l. singulis De except. rei iudic. & post litem contestatam, l. Praescriptionem C. De except. l. Peremptorias C. Senten. rescindi non posse*; verum etiam ante litem contestatam proponi potest ad impediendum litis ingressum *c. l. De litis contest. lib. 6 & ibi Socinus n. 7.* Cum igitur ex actis huius causae constet, praefatam Annam per literas citatorias ad propriam personam fuisse citatam, & per D. Officialem 12. mensis Februarij anno 1581. decretum fuisse, ut nisi dicta Anna tunc citata inter proximam tunc diem iudicam causas & rationes proposuisset, cur testamentum per quondam Domicellam Mariam Wolfs dictae Annae sororem conditum, pro

Conf. Wamel. Tom. II.

parte dictarum Rearum judicialiter exhibitum, per ipsum D. Officialem laudari seu approbari non deberet, ipse D. Officialis idem testamentum laudaret & approbare: eoque decreto conditionaliter per lapsum terminis expressi purificato, & velut purganda mora aliqua adhuc potestate factâ. Idem D. Officialis de octava Aprilis tunc sequenti, iterum decreverit, quod nisi dicta Anna intra octo tunc proximè sequentes dies praeterito priori decreto satisfaceret, ulteriorem audientiam illi in ea causa denegaret; nec intra illos octo dies quicquam ex parte dictae Annae ad impugnacionem ejusdem testamenti dictum aut propositum fuerit; nulla est dubitatio, quin huiusmodi decretum seu sententia in rem iudicatam transierit: ideoque dicta Annae volenti nunc dictum testamentum oppugnare, ut in hac causa facit, rectè & in initio ad litis ingressum, & in progressu post litis contestationem, imò & in ipsa illius contestatione ad perimendam dictae Annae intentionem, obiecta sit exceptio rei per duo decreta iudicatae: ut merito in hac causa de alio quaeri non debeat, quam an ita per D. Officialem iudicatum fuerit?

Ad quem rei iudicatae effectum retinendum, nihil facere potest, quod dictum decretum sit non purè, sed conditionaliter latum: nihil enim vetat, quin etiam definitiva sententia ferri possit sub conditione inirritata, hoc est, quae vel ex actis causae, aut facto illius, qui decreto seu sententia sic perstringitur *c. praeterea & ibi DD. De appell. l. x. §. b. idum Quando appell. fit*; cum ex sequuto eventu conditionis statim purificetur, & purè absolutaeque sententiae potestatem obtineat, *Gloss. in d. c. praeterea. Qui* quidem rei iudicatae effectus hic potentius constitui debet, ex eo, quod ab huiusmodi duplicato decreto pro parte dictae Annae nunquam appellatum fuerit; quo solo remedio succurri potest ei, in cuius contumaciam, aut quo absente sententia lata est; si legitime citatus per se aut alium ad causam non comparuit, ut de eo expressus est in iure textus, *l. Ab eo C. De sentent. Quem* modum procurator dictae Annae metuens nihil non tentavit ad constituendam nullitatem tam dictarum literarum citatoriarum pro parte dictarum Rearum in hac causa impetratarum, quam executionis illarum. Sed pro demonstratione nullitatis ipsarum literarum nihil in specie proposuit. Hoc dumtaxat adversus illarum executionem, quod illa non fuerit facta per Apparitorem seu Nuntium curiae D. Officialis; ut ex obtinente consuetudine plerumque fieri solet: sed per quendam D. Godefridum Mechels tali officio minime fungentem; negat etiam illius scripturâ & presbyterali qualitate. Caeterum hanc objectionem satis diluit Officialis solemniter in hac causa facta declaratio; quod eo tempore propter itineris periculâ, & nuntiorum ordinariorum raritatem, potestâte fecerit, & licentiâ concesserit, faciendi executiones suarum literarum, per quoscumque presbyteros & clericos, per quam declarationem corrumpunt omnia, quae Procurator Annae tam confidenter, & saepius ad subvertendum dictum decretum inculcavit. Quâ etiam auditâ voluit dictas Reas urgeri ad iustificationem, seu verificationem earum literarum: sic tandem agnoscendo illis quoad

P 2

formam

formam legitime esse expedita; ritè quoque adversus Annam executioni mandatas: agnoscendo quoque dictum decretum approbatorium ritè latum fuisse, per petitionem restitutionis in integrum adversus idem decretum; quia opus non fuisset, si ex aliquo capite nulla dici posset citatio adversus dictam Annam facta, l. *In causa* 2. D. De minorib. In qua restitutionis in integrum petitione dicta Anna magis fundata dici non potest ex eo, quod expensas contumaciales solverit, & ex decreto D. Officialis sub conditione refusionis huiusmodi expensarum, dictæ Annæ articuli prætestamenti impugnatores fuerint admissi: 1. nam ea admissio pura, præcisa, & absoluta non est, sed cum adiecta restrictiva clausula, „Salvo iure impertinentium;“ cuius virtus & effectus est, ut admissio non pro pura & absoluta, sed pro conditionali haberi debeat; neque per eam tollatur parti adversæ, quod ei quoquo modo competit contra huiusmodi admissa; nec censetur ad illa respondens in illorum admissionem consentire; hoc illius iure, etiam post responsionem, imò post testimonia super illis recepta, semper salvo, Bart. & alij in l. Si duo patroni §. idem Julianus De iurem. nu. 11. Decur in c. Cum contingat de offi. iud. deleg. Steph. Berit. conj. 142. Quia per dicta minima nu. 2. vol. 1. parte 1. Pro ut etiam dictæ Reæ ad dictos articulos respondendo semper persisteant, & persistere potuerunt in hac sua exceptione rei semel iudicatæ; ut demonstrat Reærum formalis responsio, sub protestatione dictæ impertinentiæ, atque etiam inadmissibilitatis, ac præterea de non recedendo à dicta re iudicatâ; proposita etiam ex adverso formali conclusione ac petitione, dicto decreto standum esse. Quæ etiam causa est, quod Anna Atrix animadvertens se per dictum conditionale decretum admissionis, sub hac restrictione, iure impertinentium salvo, non esse restitutam adversus hoc approbatorium decretum, postea formaliter proposuerit petitionem huiusmodi restitutionis in integrum adversus dictum approbatorium decretum; non audens consistere in antecedente sua petitione, de declarando, quod ipsa adversus idem decretum fuerit restituta ac reposita. Proinde integra adhuc est dictæ huius causæ Reis potestas insistendi dictæ exceptioni rei iudicatæ. Cui exceptioni nihil obstat potest dicta restitutionis adversus illam petitiō: tum quia illam nondum obtinuit, & rescissoriū iudiciū, non obtentū prius iudicio rescindente, nullus possit esse usus, §. item si quis in fraudem in verb. rescissa traditione eam rem petere instat. De action. tum quod in quo fundari possit petitiō restitutionis æquitas nihil per Atricem proponatur; & sine æquitatis consideratione, & non nisi in evidente iustitiâ, nulla integri restitutio concedi debeat, l. Omnis l. Divus in princ. De restit. in integr. * præsertim quia dicta Atrix ætatis beneficio non gaudeat. Et ex capite minoris ætatis eadem restitutio non petitur; neque etiam ratione sexus muliebris peti & obtineri potest; ex quo mulieri propter suum sexum nunquam succurratur, nisi in casibus in iure specialiter expressis, l. ult. & ibi Gloss. & DD. C. De iur. & iud. pign. cum in iure nulquam extet locus, quo mulieri propter sexum aut sexus conditionem

concedatur beneficium restitutionis in integrum adversus rem iudicatam; imò extent aperta iuris loca, quibus perinde mulieri, ac viro exceptionem rei iudicatæ obitare traditur, si aliunde iusta causa restitutionis ad manum non sit, l. Si mater de excep. rei iudic. qualis nulla hic pro parte Atricis proferitur; nec sanè proferri potest ad subvertendum hoc decretum ob ejus in non comparando contumaciam latum. Quæ contumacia cum species delicti sit, absenti contumaci prodesse non debet, sed omnino nocere; ut nec restitutionem mereatur, nisi ex iusta absentia causa, l. Est sine §. fin. alia est l. Atrix & Pomponius & l. sequi de nemine. qualcum Atrix huius causæ nullam hactenus proposuit: * ita ut quamvis contumacia impleto beneficio restitutionis in integrum purgari possit in brevi tempore; non possit tamen ex longiore intervallo; ut aperto iure decusum est, m. l. Divus de restit. in integr. Eoque sanè minus hæc integri restitutio concedenda est; quod, ut superius diximus, hæc Atrix simulatque ad ejus notitiam pervenerat hoc approbatorium decretum, debuerit ab eo statim, hoc est intra decem dies, à die notitiæ appellare, si voluisset ejus effectum impedire; ne scilicet irretractabiliter transiret in rem iudicatam, d. l. Ab eo C. Quomodo & quando l. 1. §. fin. D. Quando appell. fit. Quod cum prædicta Anna non fecerit, nec sit causa, ex qua hanc suam contumaciam excusare possit, standum omnino est dicto decreto, l. 1. & 2. C. De re iudic. neque Atrici adversus illud concedendâ aliqua restitutio, propter auctoritatem rei iudicatæ: quæ si æqua, siue iniqua sit, jus semper facit adversus eum, contra quem sententia lata est, l. Qui Roma §. duo fratres & ibi DD. de verb. oblig. Quæ prior pars Reæ defensio in diligenti observatione & animadversione habenda est; quia præscindit omnem ulteriorem huius litis & causæ discussionem. Sed ne Reæ ex stricto iure magis, quam æquitate & iustitiâ causæ, defensionis materiam desumere videantur; præsupposito quod dictum decretum approbatorium vel nondum latum, vel beneficium restitutionis in integrum sublatum sit; hoc ulterius dicimus, dictæ Atrici nec potius fuisse, multo minus nunc esse, aliquod fundamentum, ex quo testamentum præfatæ Domicellæ Mariæ Wolf, de quo in hac causa principaliter queritur, & pro cuius validitate & efficacia stant dictæ Reæ, impugnari aut subverti possit. † Est enim imprimis hoc testamentum secundum obtinentem in his regionibus consuetudinem conditum coram D. Gerardo N. Notario, & tribus testibus; imò etiam secundum præscriptum juris Canonici, c. Cum esset de testam. ex quo & Notarius fuit & Pastor Beguinagij, in quo præfata Maria tempore conditi testamenti residebat, & in statu Beginæ dicto Notario ac Pastori ut Parochiana suberat: ideoque sic coram illo, etiam si Notarius non fuisset, securè testari poterat, d. c. Cum esset.

Quod animadvertens Atricis Procurator omnes D. Gerardo adscriptas qualitates audacter etiam positive negavit, & præsertim illius Notariatu, & admissione ad exercitiū tabellionatus per Concilium Brab. & negando Reas onere probationis gravavit. In quo plenissime pro parte dictarum

Reatum

Rearum satisfactum est; non tantum per instrumenta, sed etiam per testimonia plurium testium, qui de hoc D. Gerardi non tantum Notariatu, verum etiam Pastoria in dicto Beginagio (quam Aetrix positivè allegando etiam confessi est) sufficientissimè testificati sunt: praesertim non de communi opinione & reputatione, qua dictum Gerardum noverunt; sed etiam de communi & usitato omnium recursum ad illam tamquam Notarium, & longiore huius officij exercitio ac possessione; unde solet satis sufficienter probari alicujus Notariatus, *not. in l. Barbarus Philippus de off. Prætoris Decis. Tholos. 330. Imoc. & alij in c. Dilectus de fidei instrum. Ioan. Faber in §. Sed si aliquis in. 13. Inst. de testam.* Ultra quæ testimonia, dictæ Reæ protulerunt instrumentum admissiois dicti D. Gerardi ad officij Notariatus exercitum per Concilium Brabantiae, sub data 25. Novembris anni 1573. uno integro mense ante datam huius testamenti, quæ est diei 25. Decemb. eodem anno 1573. Quo admissiois instrumento minime contentus procurator Aetricis, quamvis illud satis recognoverit, perinde persistit in negatione dicti Notariatus; dicens de illius creatione Apostolicâ vel Imperiali auctoritate ex dictæ admissiois instrumento aut aliunde non constare. Quæ res dictas Reas ad maiorem diligentiam excitavit, effecitque ut tandem exhibitum fuerit instrumentum seu documentum de creatione huiusmodi Notariatus; per quod constat præfatum D. Gerardum 27. Iunii anno 1564. auctoritate Apostolicâ creatum fuisse tabellionem & Notarium: sic ut ad plenissimam probationem huius duplicis qualitatibus tam Notariatus, quam Pastoria, nihil amplius desiderari possit. Neque etiam de fide dicti testamenti; ex quo per plerisque ex dictis testibus satis manifestè probatum sit, hoc testamentum scriptum, subscriptum, & subscriptum esse manu dicti D. Gerardi. Cum ergo dictum instrumentum notariale sufficiat ad probationem testamenti seu nuncupationis, quam dicta Maria Wolfs quinq; ferè annis in bona valetudine, ante suam mortem, coram dicto Notario, & tribus eidem instrumento subscriptis testibus fecerit, etiam si testes sic inscripti morte præventi super hac nuncupatione in testimonium produci non potuerint, *Guido. Papa. decis. 332.* nihilque sit in quo Aetrix illud ex sua forma aut essentia impugnare aut invalidare possit, fundatam omnino habent dictæ Reæ intentionem: non tantum ad Aetricem à dictâ impugnatione repellendam, sed etiam ad obtinendum hoc, ut dicto priori decreto approbatorio stetur, & quatenus opus esset de novo iterum ita decerni, & pro validitate dicti testamenti judicari debeat.

Vnde transgreditur Aetrix ad extrinsecam aliam impugnationis dicti testamenti causam allegando & proponendo, quòd dicta Maria in anno 1578. eo ipso die, quo ex peste in dicto Beginagio obiit, hoc est 16. Septemb. coram Domino & Fratre Ioanne Coels, Monacho Carmelitâ, aliud posterius condiderit testamentum, revocatis omnibus antea per ipsam conditis: de quo testamento dicit dictum Fratrem Ioannem instrumentum confecisse. Quæ sanè allegatio, si veritatis ad-

miniculo fulciretur in proposito ad subvertendum dictæ Mariæ prius seu antecedens testamentum coram præfato D. Gerardo Notario, & proprio dictæ Mariæ presbytero seu Pastore potentissima esset: quippe posteriore testamento legitimè condito ipso iure censetur revocatum superius seu præcedens testamentum, *§. 2. posteriore Inst. Quib. mod. testam. infr. l. 2. D. De iustit. rupi.* etiam si revocationis prioris in posteriore nulla fiat mentio, *D. D. in l. Sancimus & ibi præfatum Iasonnu. 7. C. De testam.* Et sanè de hoc posteriore Aetrix ab initio nullum protulit instrumentum aut documentum, sed ad illud probandum testes produxit, & præcipue duas mulieres Mariam Coenen, & Mariam Datrix, alias Lambrechts; quæ sanè animosius & audacius, quam vel prudentia, vel memoria in huiusmodi simplicibus mulierculis patitur, testificantur. Quis enim credat, post tot annos à die, quo hoc testamentum posterius conditum dicitur, hoc est à 16. Septemb. anno 1578. usque ad mensem April. anno 1583. quò testimonium hoc dixerunt; tam firmam ipsam mulierculis potuisse constare memoriam, tam multorum & diversorum in specie relictorum legatorum? Ut nulla sit dubitatio, saltem summa suspicio, ex composito hæc ab illis conficta fuisse: quod enim verosimile non est, falso magis accedit, & falsi speciem habet, *Bart. in l. 1. C. De serv. fugit.* Et sanè quāto conformius hæc duæ mulierculæ hæc tam multa specialia legata referunt, & velut numerato exponunt; tanto major est suspicio conspirationis in unum & eundem præmeditatum sermonem, ex quo testium fidei derogari solet, *l. 3. §. Ideoque de testib. 1.* Quibus mulierculis tantò minor fides adhibenda, quod utraque deponat se huic dictæ Mariæ sive nuncupationi sive testationi continuè præsentem non interfuisse, sed subinde ex loco assertæ testationis recessisse, & illuc per intervalla rediisse; & quidem frequentius præfata Mariam Datrix: ut non sit verosimile nec probabile, quòd hæc mulierculæ ex rei veritate potuerint de huiusmodi testatione testificari; quæ ipsæ huic testamento non dicuntur fuisse adhibite nec rogatæ. Prout etiam mulier ad testamentum idonea testis non est, *l. Qui testamento §. mulier. De testam.* nequidem testamento hominis peste laborantis; adeoque etiam nec testamento ad pias causas condito tunc cum virorum copia haberi potest, *Alex. consil. 70. Viso consil. n. 16. vol. 2. latè Ioan. xxi. Ripa in tract. de peste. parte 2. tit. de privileg. ult. voluntat. n. 8. 2. 2. ut actus & potentia tempore, quo hoc testamentum conditum dicitur, virorum copia fuit: quales istæ testes quatuor nominant, Ripa loco sup. citato. & plures haberi potuisse locus ipse demonstrat, quia non iuri aut in solitudine, sed in oppido, & hominum frequentia dicitur conditum. Cum alioqui hæc duæ mulierculæ non per omnia inter se conveniant; at nec cum his, quæ dicta Aetrix pro nuncupatione & testatione seu testamento dictæ Mariæ proposuit. Nā ex cōparatione huiusmodi propositionis, cum depositionibus harum duarum testium, apertissime deprehenditur, illas (quamvis tamen in plerisque difformiter) longè plura legata recensere quàm ipsa Aetrix nuncupata fuisse positivè allegat; veluti inter alia de horto seu prato legato Beginagio; de*

reditu duorum sacrorum filiginis pro Monasterio Albarum Dominarum; de tribus libris grosso- rum, tribus atriis Beginis legatis; de reitu sac- ci filiginis relicto Odilia Dekens; de optimo le- gato Margareta Mosmans; & de plerisque alijs, quæ in angustia temporis minutatim recen- sere super sedemus; id diligentia & industria Venerabilis Domini Officialis relinquentes. Ita ut fragilis, imò lubrica admodum sit fides dicti asserti testamenti; quatenus in memoriâ & fide- litate harum duarum mulierularum posita est.

10 Quorum testimonia nullo modo juvantur ex testimonijs Fratris Cornelij Honij, Fratris Hen- rici de Geest, & Domini Antonij Hollanders: nam de scientiâ aut conscientia propria nihil tes- tificantur; sed dumtaxat de reatu Domini & Fra- tris Ioannis Coels, & his, quæ ab eo referri audi- verunt. Ita ut eorum hæc testificatio de auditu alieno nihil operetur; saltem nihilo plus quàm operaretur testimonium dicti Fratris Ioannis, si id ipse in hac causa dixisset, c. *Licet ex quadam de testib.* Cui sanè nullo modo crederetur, tum pro- pter illius singularitatem, c. *Veniens de testib.* tum quod ex dictarum mulierularum testimonijs non obscure deprehendatur præfati F. Ioannem rei ad se non pertinenti se immiscuisse, & extorquendæ huiusmodi nuncupationis, si quæ sit, auctorem fuisse. Quorum testimoniorum fragilitatem & imperfectionem agnoscendo Atrix, post decur- sum plusquam quinque annorum ab instituta hæ- lite, post productos ex utraque parte testes, con- fectis hinc inde omnibus allegationibus, & publi- caris, & per utramque partem didicitis eorum tes- timonijs, Atrix, quâ arte, quâve fortunâ Deus novit, protulit quoddam scriptum, quod baptiza- vit esse originale projectum, seu notulam testa- menti, ultimæque voluntatis dictæ Mariæ.

11 Cæterum nec ea scriptura D. Iudicem movere debet, ut habeatur pro iusto aut valido aliquo te- stamento, seu ultima voluntate præfata Mariæ; multo minus pro iusto, & in forma probante confecto instrumento, cui in iudicio fides haberi debeat, vel possit. Primò, ex eo, quod huiusmodi scriptura non unius, sed plurium manibus sit scri- pta, ex quâ non tantum in publicam formam re- ductum instrumentum, verum etiam Notarij pro- tocollum & imbrevisatura vitiatur; ut nulla fides ei adhiberi possit, *text. in Aust. de oriente & semisse §. & quod sap. in verb. sed forte inter scriptam*: ut in non abimilibus terminis respondit Alexander Imolenis, *conf. 41. Viso tenore vol. 1. & post eum Carolus Ruinus, consil. 11. De ultima voluntate n. 2. 2. vol. 3.*

12 Cum alioqui etiam non satis probetur illa qualiscumque scriptura sive quâ parte dicitur esse manus Fratris Ioannis Coels; si quæ asserti- tur esse manus D. Antonij Weult. Etli enim testes super his scripturis & manibus satis animosè & plusquam prudenter deponant, quod illa respec- tivè sint scripta manibus dictorum F. Ioannis, & Domini Antonij; nemo tamen est, qui hoc quo- què addit, quod illos huiusmodi scripturam res- pective scribentes viderit; quod ad probandam cuiusque scripturam ex veriore & certiore Docto- rum opinione omnino requiritur: propter pericu- lum, quod homini ex similitudine facile obrepere

& fallere potest, *Decius in c. Translata nu. 8. De con- sit. in 1. lectura*. Ita ut nec probatio per compara- tionem literarum hac in re sufficiat. Quem iu- ris articulum eleganter tradunt & explicant Ma- thæus de Afflictis, *decis. 181. & post illum Phi- lippus Decius, conf. 615. Visa inquisitione nu. 3. & 4. & Carolus Ruinus, conf. 69. In causa & late, & conf. 70. Quoad primum vol. 4. ad quos in angustia tem- poris, brevitatis studio remittimus.*

Et ut indubitè constet de hac Fratri Ioannis scriptura, & præterea præsupponi possit illum ea ex ore testatitici scripsisse, nihilo magis esset illi tribuendum, ob id, quod sit privati hominis scri- ptura, scripta à privato homine, eoque Monacho, qui hac in parte servo comparatur, & Notarij seu Tabellionis officium exercere non potest, nec ali- qua instrumenta conficere, *Bart. & alij in l. Servus de testam. Gloss. in verb. præmissa in c. Ut officium §. ad conscribendas De baret lib. 6.*

Quinimo etli hic Frater Ioannes non Mona- chus, sed Presbyter sæcularis fuisse, nihilo magis ejus scripturæ tamquam privatæ & nulla auctori- tate subnixæ standum esset: non ex eo, quod Presbytero non conveniat exercitium tabelliona- tius, quod tamen plerique putant, c. *Sicut Ne clerici vel monachi. Bened. Capra conf. 57. Cum viso & conside- rato, Decius consil. 120. Pro tenui in princ.* sed ex eo potissimum, quod hic Frater Ioannes non fuerit dictæ Mariæ proprius Presbyter seu Parochus, co- ram quo ex indulgentia Canonum in præsentia duorum vel trium testium confectum testamen- tum valere potest, d. c. *Cum esset*; non verò coram quocumque alio Presbytero, qui testanti non est proprius, *Imola, panorm. & alij in d. c. Cum esset, Decius d. consil. 120. Steph. Berri. consil. 125. Viso casu nu. 6. vol. 2. parte 1.* Imò quod amplius est, ex multorum aucto- ritate dici posset, nihil tribuendum esse huic scri- pturæ, etiam si dictæ Mariæ proprius Presbyter fuisset. Etli enim Canonica benignitas pati- tur testamentum coram duobus aut tribus testi- bus in præsentia proprii Parochi fieri posse: juris tamen veritas non patitur, ut ipse Presbyter de huiusmodi testamento instrumentum seu scriptu- ram, cui soli postea standum sit, facere possit, etiam si de illo cum adhibitis testibus hic Presbyter testimonium dicere, & dicendo fi- dem mereri possit. Nam Canon in ore duo- rum vel trium, non in scriptura alicujus, huius rei fidem consistere vult, d. c. *Cum esset, Bened. Capra d. conf. 57. nu. 7.* Ideoque nisi adhibitis Pres- byter proprius fuerit etiam Notarius, ejus priva- ta scriptura per se nullam fidem facit: ut ex facto eleganter respondit Paulus Parisius, *conf. 146. Cita articulum in princ. vol. 4.* Quanto minus aliquid tri- buendum scripturæ huius Religiosi, qui dictæ Mariæ, aut in dicto Beginagio, proprius Presby- ter nullo modo fuit; imò nec vice proprii Presby- teri. Etli enim Atrix in eo multum laboraverit, ut probaret hunc Fratrem Ioannem fuisse Vicarium Domini Gerardi veri & legitimi dicti Beginagii Pastoris: id tamen non est sufficienter probatum; sed ad extremum hoc tantum, quod absente dicto Domino Gerardo, cum alijs Capellanis, qui in di- cto Beginagio permanferant, divinum officium celebrando, alijsque necessarijs faciendis assisteret; non

non etiam ut vice Pastoris esset. Sic ut hic Frater officium illi concedit aut mandatum transferebat non deberet, nec posset eas partes sibi assumere, quæ proprii Pastoris sunt. Ius enim id proprio presbytero, non cuiusque eius quacumque in parte vices gerenti permittit. Et id nequidem in testamento ad pias causas aut in periculo pestis condito. Nam nec pia causa, ut inquit Decius, d. consil. 120. nu. 1. & consil. 612. Conclusionem, nec favor testatoris, nec periculum loci aut temporis, hoc efficere possunt, ut persona per se ad actum inhabilis, efficiatur habilis, sublata eius inhabilitate.

Nec ad sustinendam hanc scripturam quicquid facit, quod in extremo illius fine inveniantur alia manu ascripta hæc verba, *Ex me Notario Antonio Vuest Pastore in G.* Nam præsupposito, quod constaret illa esse scripta manu dicti Antonij, ut testes deponere videntur, sed sine pondere & effectu probationis, ut iam diximus; & quod præterea constaret de Notariatu ejusdem Domini Antonij, de quo nullo modo constat, ut latius, si tempus pateretur, ad oculum deduci, & demonstrari posset; nihil adhuc in proposito faceret ad sustinendam hujus asserti testamenti validitatem. † Ex quo non tantum non constat, quod hic Dominus Antonius per præfatam Mariam fuerit rogatus aut adhibitus ut Notarius; quæ rogatio & adhibitus in omni Notariatu actu vel instrumento, ut forma essentialis est necessaria, Bart. & alij in l. sciendum de verb. oblig. & in l. Generali C. de tribut. lib. 10. non tantum cum absens, verum etiam cum casu, vel ex alia causa Notarius præsens est, §. nos autem in Auth. de tabellion. Specul. de instrum. edit. §. 2. nu. 11. versic. item quod rogatus, Afflict. decis. 317. sed quod hoc quoque instrumento suo addere debuisset, se à partibus seu parte rogatum & adhibitum esse, cum id per se non præsumatur. Ideoque communiter improbat Accursij Glossam d. §. nos autem in verb. mingatur in fine de Tabellion. quæ id in dubio præsumi vult. De quo videatur elegans & ad rem præsentem accommodatissima Nic. Boerij decisio, decis. 35. Cum igitur in hac subscriptione non tantum nulla fiat mentio rogationis, aut adhibitionis alicujus, nec ea præsumenda sit, sed etiam ex adverso appareat potius sinistra aliqua machinatio, præsertim ob hoc, quod in dicta scriptura contineantur quedam legata, & dicto Fratri Joanni, & dicto D. Antonio ascripta; videtur res non esse extra periculum falli ex Senatusconsulto Liboniano, & edicto Divi Claudij, l. Senatusconsulto C. de his qui sibi ascripser. l. si quis C. ad leg. Corn. de falsis.

Utræque hoc in considerationem venit, quod ipsa Atrix nusquam allegat hoc testamentum conditum esse coram præfato D. Antonio, nec illum de eo rogatum fuisse; sed coram præfato Fratre Joanne: quod etiam supramentionatæ duæ mulierculæ per Atricem in testimonium productæ asserunt; hoc suæ depositioni adiungentes, quod dicta Maria expressè voluerit id facere coram dicto Fratre Joanne, & minime coram Domino Antonio; ita ut nec D. Antonij persona, nec ejus Notariatus qualitas; hæc in re ad sustinendam hanc scripturam sit considerabilis: ut rectè Conf. Wamef. Tom. II.

hic dici possit, quod voluit hæc Maria non potuit, & quod potuit non voluit, l. Multum interest, & ibi Gloss. in verb. potes c. Si quis alteri vel sibi Gloss. ult. in l. 3. C. de contrah. & commut. stipulat. Et sanè sinistram aliquam hæc in re fuisse machinationem manifestè deprehenditur ex aspectu hujus scripti; in quo deletio nomine D. Antonij, qui in superiore parte pro teste erat ascriptus, per interlineaturam suppositum est nomen Henrici Paepen: unde etiam ex eodem aspectu deprehenditur, quod subscriptio quæ dicitur esse D. Antonij, subscribita post ejusdem scripturæ extremam completionem, quam Frater Ioannes suâ manu subiecit dicitur; quasi scilicet hanc testationem ipse Frater Ioannes à dicta Maria stipulatus fuisse seu recepisset. Ita quod post hoc complementum subiecta subscriptio sub nomine D. Antonij, extra rem proposita sit, & extra omnem rationem atque intentionem dictæ Mariæ: imò non tantum præter, sed etiam contra mentem ejusdem; cum manifestè constet, Mariam noluisse testari coram præfato D. Antonio. Quæ omnia latiore demonstratione & deductione detegere & ad oculum indicare possemus, si non tempore excluderemur, actis seriis ad nos delatis, & Domino Iudice in procinctu, ut intelligimus, ad judicandum existente. In eo finaliter persistentes, quod supradicto decreto approbatorio standum sit; & ex superabundanti de novo declarandum, hoc prius præfatæ Mariæ Wolfs testamentum omni iure validum esse, subsistere, suosque finem & effectum fortiri debere; condemnando partem Atricem in expensis hujus litis.

De Testamentis.

S V M M A R I V M.

Testamentum coram Notario & testibus.

1. Relinquo, verbum an conveniat institutioni testulo.
2. Testamentum condendum secundum statuta loci, ubi conditur.
3. Intestatus decedens censetur bona sua relinquere suis legitimis heredibus.
4. Disposens per testamentum de bonis sibi relictis intelligitur adire hereditatem.
5. Condicio, si sine liberis, deficit superstitibus licet postea moriatur.
6. Substitutio vulgaris expirat adita hereditate.
7. Voluntas testatoris sine dispositione est nulla.
8. Filius intestato quando & in quibus bonis succedat pater.

CONSILIVM CCCLXXXVI.

DVLICI jure munitus est Dominus Ioannes Wolfhart ad hereditatem seu successionem Melchioris Wolfhart sui filij, adversus maternos cognatos ejusdem Melchioris. Et primum quidem ex testamento ejusdem Melchioris, quod in ætate xxii. annorum, & sic omnino plusquam idonea fecit, l. si frater c. Qui testari facere poss. in quo dicto suo patri reliquit universa sua bona, si (quod evenit) ei superstes esset. † Hujusmodi enim universorum bonorum relictum, imò verbum, *relinquo*, adiectum universitati seu quotæ bonorum, pro heredis institutione est, etiam si scriptum non sit, quod